

qua plena est. - Heinchij non reddidit tuas literas, neq; scio
an huc advenerit, aut quis sit. Gener tuus binas jam literas
scripsit, sed video eju quoq; literas non meliore fortuna
uti, quam meas. Vale Mi optime Dne. et Amice. Aquilone
prodromum mittere. non audeo, ne intereat, etsi profecto
makem cum in adventum tuum, aut si certum aliquem ho-
minem nacty fuero, cui recte tradere possim, mittam.
Vale iterum. 21. Febr. 1581.

Dno Doctori Monavio plurimam salutem, ad multos pro-
clari scribit, ad me raro; provero ad nostram amicitiam
et meam in ipsum singularem benevolentiam
si quaret cur ego non idem faciam, quod ipsum fa-
cere equum judico, breviter et venie respondeo,
non existimare meas literas magnopere dignas, et
que studia ipsius interpellent.

Eidem

25)

S. P. Cum proximè humanissima tua Epistola respon-
den, non potuit scribere Wittichij noster, nunc acci-
pies, que ad tuas questiones adfert. Prodromum non
habeo, cui tradam. Itaq; aut te ipsum expectabit, aut tan-
diu hic erit, dum tu nominabis aliquem, cui committendum
mandabis. Idem de Canone dictum volo, qui item apud me
est. Nam cum Wittichij iam descripsit Pratorij noster in-
gram habet, si qua typographum nancissi possem, libenter
vulgaret. Ego habeo illum iterum in majonby numero integrum
Canonem inquam Sinuum Focuin et Beneficium, usq; ad sup-
pma. Quod te tibi significo, ut si quando tibi usus ejus veniet,
ac describi volueris, scias me tibi libenter in eo, et multo ma-
jorib; in reb; gratificaturum esse. Et si magnus labor insumendus
esset. Dom. Savile et Wittichij et Pratorij vident; magis pro-
bare Ptolom: rationem supputandi. Idem Sekrekerfuchs
sentit. Quo sit, ut mirer, quid in mentem venerit Regior-
montano, aut quicunq; iller fuit, ut loco compedii nobis ma-
jor dependium attulerit, cum tot numeris. P. Royote, et
modum est, ut Cocini et Fabricij de cometa scriptum meum
communices. Tuus liber nondam apparet, forsasse tu eum
isthic usq; videbis. Utinam in tempore ad nundinas mihi
possit. Vale et me mater ama. Filia tua hodie fuit nobis
recte valet, maritus iterum abest, reditury intra paucos dies. Vale

Eidem

42
Item ad D. Doctorem Bannu et D. Cocium elioy, amicostuo
ex me plurimam saluta. Oblito videri librorum, quos a Judo
illo medicam petebam. Vratisl: 26 Febr: 1581.

Eidem

26)
C. Wittichia nobiscum est, et videt hanc peregrinationem
Janica praesertim, cogitationem abieisse. Cocini Epistolam
tuo commodo, mihi mittere; item Fabricii, redibit ad te cum Pro:
dromo, et Canone tuo, simul ac me, D. Jener tui monnent,
cui recte dare quam. Nollem n. quidquam horum perire.
Liber tuus Gottschia haeret, nec scio, quanta diligentia in eo
cudendo ponat. Monachis certe meis precibus adductis, accurate
commendavit. Mihi quoque spem bonam nobis fecit, utinam
tibi satisfiat, et liber elegans cum dignitate elegantemque
impresus proferat jam tandem in lucem. Cupivissimam te
quod antea quoque monui, adungere ea, quae in Dindexi tua
emendasti, ut majori fructu, et laude tua, ab harum rerum
studiosis legerentur. Nam veror equidem ne quis Minus repre:
hendendi tui occasione sumat. Nesciebam Gramindum
tibi etiam num molestum esse, et contumeliosum laesere. Dum
est, id quidem proferre ac pati, se sapientis esse ita honore existima:
tionemque suam vindicare, ne quae plus sibi ipsi, quam inimico
noceat: si tamen nocendum est omnino. Assat sententia, edere
librum, consultius videt, ut tacito tuo nomine, amici alicujus
personam introducas, qui tuam causam agat. Hoc cum ma:
jore dignitate tua et mihi contempta conjunctum erit, nec
tamen tibi propterea quicquam de gloria tua detrahetur.
Neque n. novam hinc certandi genus atque alieno clypeo objecto
hostium latus fodicandi artificium est. Paleologo nostrum
rem ex sententia succedere valde gaudeo, et miror non
mediocriter. Si nobiscum adhuc est, saluta eum meo ver:
bis amantissima, item Dnos Anglos nostros 23. Martij
1581.

Eidem

27)
S. Nondum video, quid causa sit, quod de Typographi in:
diligentia conquereris. Ego de avaritia potius prolixè
queri possum. Nam unicum ad nos exemplar misit ad
Wittichiam alterum, ad Monachiam tertium, ajunt non
esse huc missa plura, nec venum exposita conspiciuntur
in bibliothecis. Vellem huc misisset minimum XX. cupio
distracta fuissent. Crede mihi. Quis hinc Coniecta tanquam O